

XII.

Chytraeus rem exponit perspicue in Chronico Saxoniae pag. 453. Naoburgi ad Salam, Episcopus Philippus Palatinus, Philippi electoris Palatini filius, Ludouici et Friderici (qui consiliis ac moderatione sua exitiales toti Germaniae motus aliquoties nostra aetate composuerunt) frater ex hac vita decesserat. Quare Canonicorum collegium Iulium Pflug, Caesaris filium, ingenio, doctrina, latine scribendi facultate, et in rebus agendis dexteritate ac industria praestantem et carum Carolo Caesari, ad quem de constituenda Republica librum grauissimum scripserat, episcopum eligunt. Huic vero electioni Ioannes Fridericus Saxoniae Dux dioeceseos illius aduocatus et patronus, aduersabatur, hanc praeципue ob causam, quod episcopum